

## Centilogū de conceptibus

60

est salutiferum. **T**ua circuncisio/cordis sit preciosus  
efficax cauterium.

**S**anguis fuis sordidos/lauet/riget aridos/me  
stis det solatium. **A**nni nunc initio bono pro ence  
nio/dare Iesu premium. **Amen.**

**F**ratres igitur charissimi/ad **M**ariā exultantes/  
sic deuote iubilantes dicamus vna' pariter

**O** maria maris stella.alma celorum regia **I**n bu  
ius mundi procella. **A**d nos virgo te inclina.

**N**unc gaudeas ac letare/que meruisti portare de  
um rosa speciosa super rosam tu formosa.

**T**u es rosa singularis/sola rosa tu vocaris. **T**u li  
lum et viola. **G**aude plena fauis suavis.

**B**landa caris/nulli gravis. **C**ordi nostro coniū  
garis/mentem nostrā alloquaris. fac ut spernamus  
fruola.

**G**audevernans paradisus/in quaviget nostervi  
sus de quo surgit flos decor, de qua fluit fons amo  
ris et omne quod est optimum.

**G**aude dulcis philomena. cuius vox amore ples  
na.tua suavis cantilena.laus sanctorum est amena:  
et gaudium angelicum.

**G**aude rosis coronata/omni flore purpurata. an  
tethronum o decora/dulcem prolem pro nobis ora  
ut senobis der in premiu. **Amen.**

**D**ulcis virgo atq; mater:quam elegit deus pater  
**T**u plena gratia. **T**uum natū ora christum. ut coro  
nt chorum istum.in perenni gloria

**Amen.**

**I**n*cipit Centilogi  
um de conceptibus Magistri Johannis  
Personis Cancellarii Parisien, et epimi  
professoris in sacra pagina.*

**S**equitur probemū.

**O**nceptum  
de virginē magnificantes

et implorantes cum illa que mente prius  
et carne cōcepit. **L**uius nomē sanctum/  
qui de se per salomonē loquit in persona  
sapiētie. **N**e cōdū erant abissi et ego iam cō  
cepta eram. **A**gemus pauca de cōceptib;  
obedientes consilio Iesu filij **S**yrac. **P**re  
curte autem inquit prior in domū tuam  
et illic aduocate. et illiclude et age conce  
ptiones tuas:non in delichs. et verbo su  
perbo. **S**ic agebat assidue illa/cui dictū  
est per angelum. **E**cce cōcipes in vtero et  
paries filii. **N**am cōseruabat omnia verba  
de filio/conferens in corde suo. **C**onferens

885

# Centilogium

et cum virginali sponso et custode suo Joseph Specie reiteras cantum suum nouum. Magnificat anima mea dominum. Procedimus per verba centum, et pres octo. propicibus Iesu Joseph et Maria.

## Primum Verbum

**C**onceptus in sua generalitate dicitur actus concipiendi in utero proprio vel alieno ad diffusionem seu communicatorem bonitatis per amorem. Hic conceptus prout et generatio repitur in omnibus resicut et amor est dionisius. Hinc oritur illa nature descriptio. Quod est vis insita rebus ex similibus similia procreantur vel concipiuntur. Conceptus entis est primus omnium conceptus, quos concipit primus deus. sit ad intra sit ad extra. Ad intra quidem de filio. Ex utero ante luciferum genui te hic ens principium de principio. De creaturis vero loquitur per prophetam. Portauit in utero meo et gestauit avulsa seu matrice mea Isaie. Et in genesi. he sunt generatores celi et terre. Conceptio entis primi actuaria non est nisi deus ipse concipiatur sit ad intra sit ad extra. Sed conceptio passiva dicit ipsa res concepta sit ad intra sit ad extra. Nec oportet ponere in creaturis conceptorem esse relationem mediem realiem inter deum concipientem productorem et rem conceptam seu productam. Esset enim talis relatio creatura dependens cum non esset creatrix essentia. Et si non esset sua dependencia productus esset infinitus aut equaliter susteretur in prima dependencia creature. Conceptio in diuinis actuaria quod est paternus concipiatur. dicitur enim positiorem aliquorum distinguiri se ipsa a concepcione passiva que est filius. Hic de spiratione actuaria et passiva diceretur. Que spiratio non equa per prius vel visitate conceptio nominatur. nec aliquo modo generatio dici debet sed spiratio. Conceptus entis in universaliter respondet utero sicut et amor incitas ad concipientem dum multiplex inuenitur. Diuinus Angelicus rationalis Animalis vitalis et pure naturalis. Conceptus entis relatus ad primus concipientem deum semper est bonus pulcher nobilis et generosus. nec aliter esse potest. Secundum si fiat relatio ad creaturas que concipiuntur et concipiuntur per certim si rationales sint et libere conceptus enim peccatorum sunt ignobiles degeneres et spuri seu bastardi. Conceptus diuinus interior per

mus est et solus et necessarius. Litteri sunt temporales quia nihil in eternum nisi solus deus contra platonem specialiter et alios philosophos. immo et theologos quosdam qui vniuersalia etiam realia posuerunt eterna. Quos et regula fidei et parisiensis. damnat articulus. Quicquid enim est vel est creatura vel creatrix essentia. Eternum autem nihil est nisi deus vel in deo. In quo certe nihil est quod non sit deus. Conceptus creaturarum tot modis varia nobilitate et concipiendi maneret distinguuntur. Ita quod nomine Iesu est humilitate primus est et superexaltatum. Deinde nomen Mariam matris sue. Deinde sunt angelorum nomina secundum hierarchias ordinata. Lucifer vero ceterorumque nostra secundum substantias claritatibus nomina sunt dei. sed ab eis per priuationem lucis gratiae deformata seu contenebrata vilescentur. Conceptus quanto sunt intimiores et intra manentes tanto sunt perfectiores et contra ceteris paribus quod conceptus extra productores quemadmodum diuinus conceptus est prolus immanes et consubstantialis. Litteri sunt in creaturis per respectum ad deum velut extra productores tandem nostra secundum verba dei. Sunt etiam inter se diversi realiter et si fuerint intra manentes sunt secundum accidentales. Quicquid sit deponentibus quod entia rationales a deo gerunt suas vires et potentias consubstantiales cuiusmodi sunt intellectus et voluntas quod est accidentia rationalia quod traduntur. Conceptus primi conceptus entis ad extra non per totaliter esse equiuocum nec penitus varius sed analogus dici perpter assimilationem aliquam ad formam entis quod communicat per conceptus vel ex nihilo vel ex utero materie priorum vel ex utero obedientialiter poterit quod latior est in oriente. Conceptus entis tanto nobilior est atque generosior quanto plus habuit de actualitate et minus de potentia tribuit materie. Secundum de possibiliitate virtuali quod forme tribuit quod quantum est multiplicior tanto est unitior et per pauciora suae sequentes perfectiores. Contraria de multiplicitate ex materia surgente. Conceptus habitus de do possunt sub ordine quantumuplici notari. Primum essentialium spectantium ad esse. Secundus essentialium spectantium ad actiones et intellectualitas. voluntas Tertius obiectorum et intelligentibile volibile Quartus essentialium spectantium ad personas. et intellectus potens per intelligibile adequatem. Et voluntas volibile

infinitū. Quintus est cōsurgens ex prō  
ri ordine ut scilicet ydentitas. Qualitas  
Similitudo Et quia totū necessariū pre  
cedit possibile esse intelligamus ex istis p  
ducta intelligibilia et volibilia ad extra /  
qualia cōtinet ratio deitatis: nō sicut sub  
iectū passionē sed sicut causa effectū; sub  
triplici genere cause. quas in deo semp co  
incidente necesse est q̄ sunt. Efficiens form  
alis/nō intrinseca et rei cōstitutiua/ sed  
exemplaris. et finalis causa

## Secunda partitio

de cōceptibus anime rationalis vel homi  
nis in speciali.

**C**ōceptōes in omni creatura rep̄  
biles rep̄iūtur in hōie qui propte  
rea dicit omnis creatura seu minor mun  
dus. Ne sunt cōceptōes intellectualis sc̄z  
Ratōnalis. Anialis vitalis et pure natural.  
Equiūca insup̄ virtute et analogā libera  
quogz seruīlis. moralis deniqz artificia  
lis. Cōceptus cognitiui formalit de  
quibz solis deinceps erit sermo. cum affe  
ctiuis sunt in triplici genere fīm tres anie  
ratōnalis vires seu potētias principales  
in vtero suo. q̄ sunt mens sup̄ior p̄ia Ra  
tio et sensus interior sc̄da. Et sensus exte  
rior tertia. Cōceptōes in ventriculis  
animerōnalis solent geminos fruct̄ seu  
cōceptus afferre. Quoniā aliqui sunt co  
gnitiui vel apprehesiui. Alij vero affecti  
ui. Concipe autē dicit̄ quasi simul capē et  
intelligere quasi int̄ legere et regire in me  
moria. quasi itez parere. Cōceptōes  
in vtero sensus exterioris sunt in genere  
quintuplici sc̄dm quod habet vterus iste  
quinq̄ sinus principales quos dicim⁹. Vi  
sum Auditū Olfactū Gustū Tactū. de q̄  
bus nō est hic dicendū p̄ singula ut si sen  
sus sint eiusdem speciei in oībus p̄fecti ani  
malibus. Et q̄ sunt propria cuiuslibet sen  
sus obiecta cū similibz. Cōcept⁹ exterio  
res istoz sensuū. talē h̄it p̄mitatē et coor  
dinatiōez ad reliquos interiores nobilio  
res. q̄ nequeūt absq̄ ipsiis gigni. Quoniā  
omis nostra cognition et disciplina intelle  
ctuā sit ex p̄cessione p̄gnitōe sensitiua fīm  
p̄m. qui dat hoc signū. Quia deficiente  
nobis uno sensuū a natura. deficit et noti  
cia propria de sensibiliū illius sensus

Cōceptus exterioris sensus in suis q̄nq̄  
ventriculis sunt iniciales. et quasi substā  
tiales. respectu cōceptuū superiorum. vnde  
prodeunt omes philosophice cōceptōes  
quas in tria genera diuidim⁹. Naturalez  
Ratōnalem. Moralez. Quarū sunt multe  
species a philosophis ordine mīro tradi  
te. Ut sub naturali. Metaphysica de essen  
tiis rez. Mathematica de numeris et figu  
ris. Physica de motibz. Sub ratōnali seu  
sermocinali grāmatica. logica. rhetorica.  
Sub morali. Ethyca iconomica. Politica.  
Quibus additae sunt cōceptōes artū  
mechanicarū varie. nec hic numerāde.

Cōceptus exteriorū sensuū nequesit fie  
ri p̄ reflexionē cōcipientis supra cōceptū  
sūi. Non enī est sensus virtus. supra se re  
flexiva. Sicut oculus non videt se video  
re. nec auris audit se audire. et ita de relī  
quis. sola enī virtus intellectuā se su  
pra se p̄fecta redit̄ et reflectit̄ et reducit̄. Dō  
maxime p̄ in intellectu p̄io qui deus est  
vbi monas gignit monadē. et in se suum  
reflectit̄ amorē. que reductō p̄fecta est. nec  
aliter esse potest ne sit ociosa. Cōcept⁹  
exteriorū sensuū. sicut sunt simplices abs  
q̄ compositōne enūciatiua. Ita nulla est  
in eis falsitas. qualis in cōceptibus p̄ple  
xis et iudicialibz inueniuntur. Et ita visus  
aspiciens baculū in aqua nō fallitur. sed  
fantasia vel ratio. si iudicet ip̄m fractum.  
Cōceptio in matrice quinq̄ sensuū. sem  
p̄ est naturaliter pulchra. quia modū habet  
speciem et ordinē p̄out alie res om̄es que  
nō producūt. absq̄ numero pondere et  
mensura. et hec dicitur veritas vel nobili  
tas naturalis indelibilis restante. Sec⁹  
deveritate complexa signi significatiū ad  
placitū per operatiōem intellectus.

Cōceptōes sensuū exteriorū dant oc  
casione frequēter sensui interiori et ratio  
ni et menti iudicanti q̄ errent in suis cō  
ceptibus ut falsi deformes monstruos et  
ignobiles falsitate scilicet signi et deformi  
tate vici et hoc p̄ statu nature posterius  
destitute. nō p̄mitus institute quomodo  
homo nō fuisse deceptus nec vigilis nec  
somniās domino prouidēte et intellectu  
regulante respectu omnium potentiarū in  
tota generatiōe cōceptuū. Cōceptus  
exteriorū sensuū sunt simplices. et expimē  
tales geniti naturali necessitate ab obie  
ctis suis propriis vel cōmunitibz actuali  
ter manentiibz per species suas impressas  
etiam dum obiecta percunt vel subtrahunt

# Centilogium

**E**xempla sunt plurima de sono et de visibiliis radiosis. **C**onceptiones exteriorum sensuum iudicantur false turpes et distorte ex tribus principaliter quorum primum est indispositio organi vel ventriculi quo sit conceptio. Alterum est indispositio medii per quod species obiectorum trahunt ad sensus. Tertium est distantia obiectorum per pinquum vel remotum improportionata.

## B<sup>3</sup>equitur tertia

**P**artitio. De conceptibus interiorum sensuum  
**C**onceptiones plures et nobiliores  
 fiunt in secundo aie rationali utero interiori organico sicut traditae quae recipit a sensatibus tantum semina sunt spiritualiores et potentia coepiens illam amplioris virtutis est. Utrum vero sola rationalis anima sit subiectum inhesionis omnium conceptuum suorum vel totum obiectum ex organo et anima pbleuma videtur prout de subiecto materialium accidentium. Dicunt aliqui quod solam materiam informat quaevis totum obiectum denominet. Sic visio que causatur ab anima rationali utrumque indivisibili, inheret sibi soli quaevis totum oculum vel hoc iesum videre denominet. **C**onceptiones interiores et organicae quaevis sicut originaliter et radicaliter a corde cum persicuntur in cerebro. relut in triplici ventre. Et tres capitibus punctulis aut cellulas. Quare anterior quam maior est continet vim sensus communis cum imaginativa. Secundum vero quod mediocris est continet formativam seu cogitativam. cum estimativa. Tertiavero posterior et minor continet retentivam memorativam. Dicuntur aliis nominibus. **S**incipit. occiput. intercipit. seu medium in capite. **C**onceptiones sensus communis sunt tot simul quot sunt per sensus exteriorum singulos. etiam in animalibus perfectis. Ex quibus conceptionibus aliae et aliae pullulat imagines et formae per associaciones et combinaciones varias factas tam in sensu communis quam in fantastica et est estiam virtute. **Q**uod ingeniatum est a natura propter precreatorem necessario est admittit. Huius non habent animalia perfecta alimentum continuum sicut plantae vel animalia soli tactu habentia. sicut patet in conchis et ostreis. **C**onceptiones virtutis formativae cum estimativa percelluntur in multiplicatoreceptum etiam in brutis super virtutem sensus communis quia multiplicius separare et coniungere

repunt imagines cum intentibus et trasquis adiuvicem pervim estimatiuam que ex sensu elicit insensata. ut ouis ex figura lupilis elicit inimiciciam. **N**isi dicamus hoc prius naturaliter fieri quemadmodum ab igne fugit aqua in lignis viridibus et exteriorum sensus qui simplices sunt horrent contra per naturam sensus vel naturalem instantium. **C**onceptiones in hoc ventriculo medie cellule cerebri possunt turbari in brutis et plus in hominibus ex conturbatione prioris cellule qua priori non impedita potest nihilominus ista secunda multipliciter conturbari ut non coepiat vel eliciat nisi monstruosos prius maxime dum accipit rerum similitudines per rebus veris ad extra ut facit somniis. Potest insuper ventriculus tertie cellule cocludi ne pariat meo rando existentibus primis sanis. **C**onceptiones in utero fantasie brutorum animalium et irrationalium variatur per diversas industrias et variationem complexionum armonicarum adeo quod perueniunt ad rationis industrias quodammodo percipiendas. Juxta regulam Dionysii quod supra omnia inferiorum iungitur infirmis superiorum. **C**onceptionis irrationalium non sunt nobiles vel igitur nobiles formaliter quia non habent ut homines coniunctam rationem per quam regulari possint aut debeant. sed impetu motionis obiectalis insequuntur et pulcri sunt ut ira in cane et in vulpibus astutia. **C**onceptiones in secundo rationalis anime ventriculo plus per auditum discipline et nobiliter multiplicatur. quod per alios sensus quaevis visus in se sit nobilior quam auditus. **C**onceptiones virtutem et posterioris cellule cerebri que memorativa dicitur sumuntur cum circumstantia preteriti. Et illic species quasi sive opere dicuntur nisi fuerint excitatae per vias ingeniarum a natura unde fantasmarum fluunt et resiliunt de cellulis anterioribus et mediis in postremam et ecce tra. **C**onceptus formari possunt ab anima rationali mediante spiritu animali qui est proximum anime instrumentum in cellulis cerebri et hoc rebus ad extra non ita sensatis sicut coepitur mons aureus et colores medi in nubibus et vride immo et quidditates substantiarum per discursum et resolutionem sic formatur in ventre rationis quod per statuie non intuitu cernuntur. Alioquin intellectus cognoscere panem non esse in

hostia consecrata. **C**onceptus possunt gigni ab anima rationali in cellulis cerebri qui propter coiunctioem rationis et imperium eius dicerent liberi non intrinsece sed de noia. quorum aliqui sunt nobiles et actus impati virtutum. Alii ignobiles viciorum. **C**onceptus naturales seu sermocinales de qualibet scientia potest formari in cellulis cerebri per verba exteriora ad placitum significativa cum nutribit et signis quae admodum videmus in pluribus qui garrire de diversis scientiis de quibus intelligunt proprietas nihil plus quam ceci de coloribus quales dicebat apuleius philosophari sole auribus. **E**t de quibus accipi potest dictum est sumptum a physisque audientes non intelligunt. Tales physis vocat incontinentes tempore passionis qui loquuntur empedioclaeas id est sententias graues quae mente non sentiunt prout ebris et pueri et sola fantasia multa dicunt et alii multi quae carent iudicio rationis.

### **S**equitur quarta

**P**artitio **D**e conceptu entis in speciali. **C**onceptio entis simplex est in deo quam in creaturis. In deo quidem duplex est coicat esse suum et essentiam que idem est filio. Et ipse cum filio coicatur spiritus sancto. In creaturis autem coicatur plus esse que coicatio est quoddam coiceps his quidem clarius his autem obscurius. **C**onceptus simplex entis est primus principium incompletum a posteriori rone vel intellectu. Nec aliquid vere et sincere coiceps nisi resolutum fiat ad hoc esse. **C**onceptus simplex entis sincerus et elicitus non habet in via naturali et de coi legge nisi per multas abnegationes et resolutiores factus ab intellectu. quod fundat se in hoc clinico divino signato super eum quo omne imperfectum necessario reducit ad perfectum. si cut potentia ad actu. et privatim ad habitum. **C**onceptus simplex entis recipit multiplicitatem in se. Et in passionibus suis primis quae sunt. veritate. bonitate. pulchritudine. nedium intellectu libet rationibus et cognitiuis sed suo modo generaliter in omnibus creaturis. **C**onceptus simplex entis in viatoribus habens recipi potest et gigni potest modis quoniam modis in ceteris quibuslibet creaturis vero coicepi potest ens prius naturaliter sicut amor et bonitas. Secundo potentialiter ut memoria meminit sui finis August. Tertio habens

tualiter sicut per habitum acquisitum vel inservit. Quarto obiectaliter per speciem proprias sensibilium. Quinto obiectaliter per species alias componendo dividendo ratiocinando abstracthendo. Sexto specialiter in hoc per notiam ad placitum significativa. Tandem intuitiva in patria. **C**onceptus simplex entis genitus per intellectum viatoris in veteri puro re intelligentie si diu persistere posset sine commixtione vel in uolucro sollicitudinum fantasmatum et concupiscientiaz ille merito sine reveritas dicere et agalma pulcherrimum et precciose margarite claritas fulgens in mente. Et talem appellabat augustinus pro statu vie sincerae veritatem que mortis instar coruscans et illuxerit resorbe et in uoluitate nubeculis fantasmatum si non stabiliat mens. **C**onceptus simplex entis accipit hic in via de communione legem non intuitivam sed septem alijs modis in genere scilicet per experientiam et resolutionem seu depurationem quinque modis et duobus per impositionem et autoritatem seu fidem alterius seminatus. **C**onceptus simplex entis acceptus per experientiam est aliquando pure vagus et confusus. ut hoc ens quod dicit hocens dicit ens. immo et qui dicit non ens dicit ens. et ita desilibly entis acceptationibus cum imperfectione ut ens in potentia/ens analogum finis quid et contingens creatum et dependens. **C**onceptus simplex entis acceptus per abstractionem et resolutionem purior est et determinatius quam precedens. Et huiusmodi graudus. Unus est dum accipit ens coiter et analogice ad ens creatum et increatum. Secundus est ad ens increatum et subiectum creatum. Tertius est ad ens creatum carens imperfecto et quicunque quartus est ad ens simplex et perfectum quo nihil maius seu melius cogitari potest. versus est quod presupposita fide potest haberi conceptus altiores etiam per intelligentiam de beatissima trinitate. et per affectum analogice sublimata de torrente voluntatis fontis vite. **C**onceptus simplex entis habitus per impositionem. ut apud philosophos vel per fidem ut apud christianos significat et representat aliquid quicquid illud sit quo melius cogitari non potest et hec est cognitio quod nominis seu quid nomine significat cum qua sit. ignorantia vel dubietas. si res significata sit aut quid sit. Sed nequaquam dum habebit conceptus rei per intelligentiam nedum intuitivam et abstracte modis dicitur. **C**onceptus simplex entis iste quo maius cogitari non potest

# Centilogium

dicit pelagus quoddā essentiale infinitū  
fīm dāmāsc. quod necessario est esse suum  
et solū necesse esse p̄ essentiā et vnum et vnx  
et pulcrū. et bonū. Tētērā autē oīa p̄ p̄tici  
pationē et quandā imitatiō analogiam.  
Et sunt hec ita certa de deo apō illos' qui  
concipiūt resolutiū purū esse. q̄ dubita/  
re nō possunt. quia sunt p̄ se nota intelles/  
ctis terminis taliū. Nihilomin⁹ teneat re/  
gula dionisi⁹ ad gāium q̄ si quis videns  
deū intellect⁹ qđ vidit/ nō ip̄m cōtempla/  
tus est sed aliquid eorū ab ipso existentiū et  
cognitorū hoc verū est de cōmuni q̄ nō  
videſ intuitiue hic⁹ nūc. Concept⁹ sim/  
plex entis nullo modo pot̄ esse verus bo/  
nus et pulcer nisi characterisatus seu sigilla/  
tus et formatis et quodāmodo viuificat⁹  
sit ab ente p̄tio si h̄ pl̄r quo maius excogi/  
tari nō potest. cuius nomē est vnicū. san/  
ctum et bñdictū in secula. Locūrūt au/  
tē in ieu duō noīa prima et supīma. Unū  
increatū qđ est ip̄m esse purū deī sibi soli  
cōprehensibile. Ellūdū creatū. quod est hu/  
mana natura q̄ sicut est pfectissima creatu/  
rarū. sic est nomē exaltatū et magnificatū  
sup om̄e aliud nomē. Sorritur autē de/  
us plura nomia p̄ negatiōem intellectus  
prout in opusculo de modis significandi  
habet dici. Deus fīm Bonanēturā in bre/  
uiloq̄ dicit⁹ lux. vt est ratio cognoscendi  
om̄ia. dicit⁹ speculū. vt est ratio cognoscē/  
di visa et approbata. Dicit⁹ exēplar vt est  
ratio cognoscēdi p̄disposita. dicit⁹ liber vi/  
te vt est ratio cognoscēdi p̄destinata et ap/  
probata. Est igit̄ libervite respectu rerū  
redeuntū. Exēplar vt existentū. Specu/  
lum vt euntū. Lux respectu oīm. Et ad ex/  
emplar spectat ydea verbū ars et rō. Idea  
fīm actū preuidēdi. verbū fīm actū propo/  
nendi. ars fīm actū psequendi. Ratio fīm  
actū p̄ficiendi quia supaddit rōem finis  
vel intentōem. Cognoscit insup̄ ptingē/  
tia infallibiliter. Mutabilit̄ immutabilit̄  
futura p̄ntialiter. tēpalia eternaliter quia  
per seipm essentialiter.

## n **Sequitur quinta**

partitio de conceptibus complexis.

**C**onceptus cōplexi quos orōnes  
dicim⁹. capiunt evidentiā et quasi  
vitam īmortale et eternā per viuifi/  
catōem entis primi simplicis. fīm triplex  
genus cause efficiētis. formalis vel exempli-

plantis et finalis. Recipiēt. vt ab efficien/  
te vnitatē modū et mensurā. Recipiēt ve/  
ab exemplāte seu formāte spēm numerū et  
veritatē. Recipiēt vt a finiente ordinem  
pond̄ et bonitatē. Et q̄bus om̄ib⁹ necessa/  
rio p̄surget pulcritudo de qua laudat pul/  
cerra mulierū in cantīcīs cantīcorū //

Conceptus cōplexi quos dicim⁹ rōis. di/  
cunt p̄ se noti/ dū p̄ceptus simplices et q̄  
bus cōponunt apprehēsi/ reddit⁹. ptinus  
complexiōne evidentē in lumīe rōnis in/  
tellectiue vt de quolibet ee vel nō esse. cui  
nō contigit intellectis terminis dissenti/  
re. Tales vtq̄ sunt cōmunes animi cōce/  
ptōes/ et ebdomades/ et p̄ie imp̄issiones et  
p̄ria principia. Conceptus cōplexi di/  
cunt evidētēs. q̄ recipiūt ab intellectu  
nō solū a supiori p̄ lumē intelligentie. sed  
etīa ab inferiori p̄ certitudinē sensualis et  
experientie. vt q̄ ignis est calidus et q̄ absin/  
thiū est armari. Concept⁹ cōplexi om/  
nes mediū dicunt qui nō recipiūt evidē/  
tiā. nisi p̄ reductōes seu resolutōes ad p̄ce/  
pt⁹ exp̄imentales p̄mos l̄scōs. q̄ dicūt cō/  
clusiōes. sīc habet⁹ i p̄ria phia et p̄udētia  
et arte. et in oī scia. Et hoc nō intelligit⁹ de co/  
gnitōne dei q̄ nullaten⁹ est discursua aut  
p̄positua nec de angelica cognitōe que a  
multis sil̄ ponit⁹ nō discursua saltē in plu/  
rib⁹ nō oportet. Sec⁹ in nobis hic in via  
Conceptus cōplexi sicut et incōplexi/  
repiunt⁹ in hoīb⁹ pro statu nature destitut⁹  
et frēq̄ter abortīn vel turpēs et spuri⁹ pro/  
pter indispositōem matricis aie rōnalis/  
et mala dispositōe corporis vel praua cō/  
suetudine vel aliūde multis modis. Pro/  
sunt autē ad secunditatē et decorē. In geni/  
um clāp̄ exercitiū electū. et oīū sanctū seu  
deuotū et sobriū. Concept⁹ cōplexi rāto  
sunt difformiores/ ignobiliores/ et virtus/  
pabiliores. quanto p̄pinq̄ores sunt p̄mis/  
p̄ceptib⁹ evidētib⁹ qui p̄ experientiā supio/  
rem vel inferiorē accipiūt. dū degenerat  
ab eis. nec imitatur eos. assimilatiōe p̄fes/  
cta/ quemadmodū culpabilior est errans  
in ianuis et meridie q̄ de nocte. et turpior  
indicatur symea que deficit ab homi⁹ si/  
gura quam videntur imitari. Conceptus  
complexi in vtero mentis geniti per semi/  
na primorū principiorū complexorū  
vel incōplexorū sunt nobiliores et ge/  
nerosiores/ ceteris paribus/ q̄ geniti per  
semen experientie sensualis. Propterea

scientie morales que respiciunt particula-  
ries actus hominum super omnes minus ha-  
bent certitudinis. Similiter et scientie non  
abstrahentes a motu et a materia, sed ma-  
thematische propter abstractorem hominis sunt  
in primo certitudinis gradu quo ad nos  
et proposito statu. Conceptus complexi pos-  
sunt in utero metis vel rationis gigni pul-  
cri nobiles et certi per semen expiriens sensua-  
lis sed non absque semine acciliante seu sonore  
te primi luminis intellectualis in quovi-  
dens prima principia practica moralium/  
ut quod nemini est iniuria facienda unde po-  
test elici scientia pure speculativa de virtus/  
tibus per deductorem rationis logica median-  
te, que ad hoc invenia est ne paralogismi  
do falleremur. Conceptus complexi va-  
riant in nobilitate et ignobilitate moralis  
per varios gradus quales solent assignari  
in certitudine veritatis sub numero quin-  
tuplici secundum accessum vel recessum a potestis  
principiis moralibus per se notis. In primo  
gradu sunt prima principia. In secundo vel  
solutions evidenter sequentes. In tertio sunt  
ppositores et articuli ex autoritate divisa su-  
cepti. In quarto conclusiones inde certitu-  
dinaliter deductae. In quinto sunt conclusio-  
nes probabiles et de fidei pietate. Conceptus complexi de diuinis et spiritualibus sunt  
ex se via nature generosiores et robustiores  
quam de creaturis si capacitas veteri ratio-  
nalis et intellectualis ad eorum susceptorem  
et nutritorem habet et armonicam et expeditam di-  
spositionem quod sunt prava in natura. sunt  
in se certissima. Conceptus complexi for-  
manus in utero rationalis anime nobilitate et ge-  
nerosius per semen fiduci simplicis et incor-  
rupte. quam per semen solum phis triplicis natu-  
ralis/rationalis et moralis/quod hoc semel  
adiuuet et hemeter si receptus fuerit congru-  
enter. Conceptus complexi solent gigni  
satis formiter in secundo ventriculo vel sinu  
matris animae rationalis: quorum unum dicit co-  
gnoscitius recipies semen entis. Alius  
dicit affectivus recipies semen bonitatis.  
De quoquilibet erit sequens sermo.

**D** Sequitur sexta  
partitio. De conceptibus intelligentie  
in utero non ventritis organo corporali

**C** Conceptus utero rationalis ani-  
me in ventriculo intelligentie non  
ventritis organo corporis / protice

sunt conceptibus angelicis/sunt supra  
ma inferiorum in utero infimis superiori-  
bus/non quin intellectus immediate formet  
a deo/non ab alia intelligentia secundum erroris ali-  
quorum/et hoc quo ad tria que sunt natura  
gratia. et gloria. Conceptus aliquis dis-  
cunt immediate fieri in utero intelligentie  
humane non quin requiratur obiectus pri-  
marius et lumis spiritalis irradiatio. et spe-  
cies intelligibilis/que mediat in potentiam  
et obiectum.sicut in visione corporali  
mediat species coloris inter colorem visus  
nec minus dicuntur colori immediate videri/  
quia nihil mediat inter potentiam visionis et  
actum sue visionis. quod si contingere. visio  
mediata dicere. aut reflexa. Sic in propo-  
sitione Conceptus intelligentie qualiterque  
poterit primus quod deus est. sunt accidentia vel  
actus/ab intelligentia distincti. quod secundum arti-  
culum parisiensem. nulla intelligentia creata/  
est sua intelligentia. unde patet quod intellectus  
possibilis ponendus est in angelis quod idem  
est essentialiter cum agere. sed diversi sunt re-  
spectus Itaque sic angelus malus esset sua  
beatitudo/quod esse non possit. Conceptus  
intelligentie humana non fiunt ab in-  
tellectu agente in intellectu possibili. tan-  
quam intellectus agens fiat cognitio possibilis  
intellectus quatenus sint idem intellectus realis que  
secundum ecclesie determinacionem est propria ho-  
minis forma/ages conceptiones suas in  
seipso/essentialiter ab eo distincti. Conceptus  
intelligentie humana non fiunt  
bic naturaliter in via nisi coniuncto vel pri-  
mo fantasma. Secundus de miraculo vel p-  
uata legavit in paulo. et in doyle et in vir-  
gine benedicta. Alioquin rapitur et prophete-  
tam in vigilia quam in somno. possent ac-  
cidere naturaliter/ut Auicenna mentitus  
est/in favore secte machometi epilepticis/  
et contra dictum sancti petri quod voluntate hu-  
mana non est allata prophetia. Conceptus  
intelligentie humane non fiunt  
per impressionem ydearum separatarum. que non  
sunt deus ut plato dicit posuisse. Nec per  
solam inspectionem fantasmatum/ut Aristoteles  
dixit nec per influxum solum intelligentie/  
vel separatarum intelligentiarum. ut Auicenna  
posuit nec per actualē inclusionē rerum  
intelligibilium in anima. ut alii fabulati sunt  
Sed conflat ex oībo verus catholicorum mo-  
dus quod anima in sui prīa creatione est sicut ta-  
bula rasa et quod capit sciā suā a sensib⁹ et a

# Centilogium

santas matib⁹ p' abstractōem ab hic ⁊ nūc et a materia. Et proinde scientia est de necessarijs ⁊ eternis ⁊ et impossibilib⁹ alit se habere. quia nō accipit intellectus res vt in actu ⁊ sed vt in aptitudine. que aptitudo necessaria est. nō quidē in sev sonat positiō Aристo. sed in deo qz nihil est eternum nisi deus ⁊ vel in deo. Ut in hoc cōcederet positio platonis / fm interpretatiōem augustinī qz deus est eterna causa rerū om̄ium in esendo / supple aptitudinalr ⁊ rō eterna cognoscendi. supple exemplaris vel idealis. ⁊ etern⁹ ordoviuendi tanqz causa finalis. Conceptōes humane intelligētie poterāt pro statu nature institute fieri de insensibilib⁹ p' abstractōez a motu ⁊ a materia et a suis appendicys. Et in illis conceptōibus potuisset homo / sinceriter p'stisse. Hinc August. Quē causa cur primā lucem acie fixa ⁊ idere non possis / nisi virt⁹ infirmitas. ⁊ quis eā ibi fixit. nisi virt⁹ iniqtas. Conceptōes intelligētie pro statu nature institute evidēt potuisse fieri / nedū p' aspectōem vel inspectōez fantasmatū vt hic in via / sed p' irradiatiōem a superiorib⁹ intelligentijs ⁊ fortassis a sensibilib⁹ creaturis aliter qz p' sensum. vt p' intelligentiā que virtualr ⁊ eminēter pertinet vires sensitivas. Conceptōes aīe separe vident aliter fieri posse frequenter qz p' miraculū. p' suscep̄tōem speciez / tā ab intelligentijs qz a sensibiliō p' na: urale sui lumenis irradiatiōem. licet imperfectius multo qz in angelis / aut in statu innocentie. Conceptōes humane intelligētie hic i via / de p'zio ente triples eē posseunt. Que dā faciales ⁊ intuitiue sicut in paulo moyse ⁊ maria. licet in raptu quodā. Quedam speculares. ⁊ sincere sine fantasmatū iuolucro. licet trāsitorie ⁊ raro. Quedā cōiectante fantasmati ⁊ cōtinuo. Conceptōes humane intelligentie speculares ⁊ sincere vidētur potuisse fieri p' reflexionē intelligentie sup actus visionis intuitiue qualifuit in paulo imo qualis est in beat⁹. Est autē visio seu cognitio vniuersa in experientia obiecti p'sentis in sevel in sua specie propria. vel in supereminēti representatiōe qualē deus hz. Conceptōes humane intelligētie sunt oēs / v'l ituitiue vel abstractiue / videant qz tale aliud ponere volueret. Forte qz sunt alie et alie conceptōes obiecto presente ⁊ absente.

## Sequitur septima

partitio de cōceptionibus voluntatis in speciali.

Conceptōes in utero vel matris cōceptuōnis anie tot modis possunt multiplicari. quo ad potētiaz appetitiuā quot modis variant. quo ad apprehensiōnē seu cognitiōnē. Conceptōes appetitiue nobiliores et liberiōres sunt in suo genere: ceteris partibus qz cognitiue. nisi degeneret in viciū. sicut dicis de peccatore / qz cōcepit dolorez ⁊ peperit iniqtatē / que duo pertinēt ad affectiuā. Conceptōes affectiuē neq; unt fieri sine preuia cognitiōne sepaata vel cōiuncta. Sepata deus est / cōiuncta vero ratio. Concurrit autē dei generalis / non impedit libertatē / imo causat / fortificat ⁊ actuat / qz nō necessitatē / qz tolleret prius motū suum. Conceptōes affectiuē possunt gigni ⁊ cōtinuari / sacra presenta tōe obiecti diligibilis / p' cognitiōnē qz quis indistincte etiā. vel cōfuse. Obiectalis aut p'ntatio siue agat in voluntatē et cuz volūtate / ad p'ductōem volitōnis ⁊ nolitōis. si ue nō. vt aliqui volunt p' corp⁹ nō agit in spm filiōlomin⁹ nulla cōsurgit indencias / illibertans voluntatē. Conceptōes affectiuē conseq;tes ad cōceptū primi entis / serenū ⁊ purū / sunt nobiliores. sincere et delectabiles / supra hūanū sensum. Unde beati p'dicātur mūdo corde. ⁊ qz gustat de duodecim fructib⁹ ligni vite. Conceptōes affectiuē / tāto nobiliores sunt et iocundiores quāto se magis imprimit ⁊ coniungit primo enti: vice p'traria ad cōceptōes affectiuas de sensibiliō que sunt impuriores. iocundioresqz / qz sunt intimiores / cōiunctioresqz / vt tactus ⁊ gust⁹ / propterea iocundissima sunt ⁊ castissima dīni amoris cantica que suū resonat amplexum / osculū ⁊ gustū / sed non infectis corde. Conceptōes affectiuē nobilitatē et libertatē suscipiūt / ab intrinseca rōnalis anime libertate / que est liberū arbitriū id est liberū de ratiōe iudiciū cōsistens extribus. que sunt facultas / ratio ⁊ voluntas. Unde patet qz actus voluntatis duplē contingentia sortiūt dū effectus naturaliter p'deuntes habeat nisi tm vnam. respectu prime cause. Conceptōes affectiurationales adeo sunt libere ex vi sue

# De conceptibus

60

**quitur septima**  
de conceptionibus voluntatis in  
conceptis in ricerordiis maris  
ce ronalis anieret modis pos-  
sunt multiplicari. quo ad pos-  
tias; appetitua quod modis  
ad apprehensionem seu cogniti-  
onem appetitiae nobiliores a-  
sunt in suo generi; ceteris pa-  
gnitiae nisi degeneret in vicini-  
de peccatore q̄ cōcepit dolore;  
iniquitatē; queduo pertinet ad  
Conceptus affectiue neq;  
te pieua cognitione separata vd  
separa deus est; conjuncta vero  
uris autē dei generalis non  
eratē immo causat fortificat;  
is no necessiter; qz tolleret pri-  
um. Conceptus affectiue  
qz cōtinuari facia plementa  
iligibilis; p cognitione q̄ quis  
erit; vel cōfusa. Obiectalis autē  
et agat in voluntate et cu; volu-  
tatem evolutionis in voluntatis si  
qui volunt qz corp' no agim  
min' nulla cōsurgit inden-  
tis voluntate. Conceptus  
septantes ad conceptum primi  
uru; sunt nobiliores. sicut  
p supra hūanū sensum. Un-  
ter mudo corde; et q̄ gustus  
fructib; ligni vite. Conceptus  
affectiue tāto nobiliores sunt et  
quāro se magis imprimit et  
imo enti; vice straria ad co-  
nas de sensibilius que sunt  
driores; qz sunt intimo-  
res; et tactus et gustus pro-  
sum a sunt et castissima dini-  
tica que suū resonat amplius  
gustū; sed non infectus et  
conceptus affectiue nobilitate  
ipiū ab intrinseca ronalis  
ate; que est liberū arbitriū id  
ratioe indicū cōsistens tri-  
ur facultas; ratio et voluntas  
qz actus voluntatis duplum  
forūntur dū effetus na-  
tus habeat nisi m̄ vnam  
cause. Conceptus affectiue  
ales adeo sunt libere et vīe

originis qz seruili necessitate nequeūt ab  
aima pcedere qz quis aliue necessario for-  
ment ut prime cōplacētie. cōsequētes pri-  
mas apprehēsiones, que no habent lau-  
dem et rituperū sicut nec formalē arbitriū  
liberatē. Conceptus affectiue ratio-  
nales et intellectuales ut rationales sunt  
et intellectuales differūt in nobilitate et li-  
bertate a brutalib; qz seruiles sunt impec-  
consequētes obiectales. No sic ille proce-  
dunt sed a libertate voluntatis no qualicū  
qz sed arbitriū libertate, que potest agere et  
no agere. aut in suspenso se tenere post pñ  
tationē obiecti. quāuis hec cōditio no sit  
de libertate voluntatis simplicit sed et im-  
pfectōe surgit in actib; suis. qui possunt  
esse et no esse. properea libertas arbitriū; n̄  
ponit in deo ad intra. sed bñ ad extra. Fit  
autē suspēsio vel negatiue nihil volendo/  
vel positivē se ad alia diuertendo. vel fm  
aliquos. p actū experimentalē mediū inter-  
velle et nolle. Conceptus affectiue du-  
os habent sinus vel vētriculos in vtero ra-  
tonalis anime. qz nomināta philosophis  
et theologis cōcupiscibilis et irascibilis vñ  
de gignūtur et prodeut omes aīme passio-  
nes. circa quas sunt virtutes. sub tempora-  
tia fortitudine cōstitutae. dū per prudētie  
directōem fiant cōformes recte ratōi que  
regula est agibiliū humanorū. Conceptus  
affectiue pñt circa rem eādem dis-  
uersificari et circa diuersas vñri virtute  
rationalis anime. sicut in cognitione sicut  
in affectiua; nec in istis est mendaciū. De-  
terminatio autē voluntatis ad primū velle  
no fit nisi a seipso p formale illud velle. si/  
cuit determinatio diuine voluntatis ad extra  
respicit determinatiōne in effectu. propte-  
rea si futurus sit effectus dicit determina-  
te qz erit sed no de possibili. quin semp an-  
te positōem fieri no possit. Conceptus  
affectiue vehementiores sunt et effica-  
ciores ceteris paribus qz cognitione immo  
sine eis languidi sunt conceptus cognitioni  
velut inertes et mortui. Et ido nobiliores  
dici debent. sicut et voluntas in homī re-  
gno principat propterea let et prophete  
pendet et dilectione seu charitate. de corde  
puro. et conscientia bona et fide non ficta.

**Bequitur octava**  
et ultima partitio appropriata conceptib;  
mentis fm cognitionem practicam.

**Q** Onceptus homīs homo est. di-  
citur proprie de cōceptu mentali  
cognitivo. licet ad affectū extenda-  
tur. Conceptus cognitivus simplex est  
actus entis. et verbū ei naturaliter repn-  
tans obiectū et nomine eius declarās obie-  
ctum ipm. Hic inuestigauit augustin⁹ p  
verbū seu cōceptū intelligētie nostre verbū  
in diuina trinitate. hoc verbū no est alicu-  
ius idiomatis. sed simile apud omes. nec  
in ipso cadit equocatio qualicūqz. Co-  
ceptus interiores in vtero mentis natura  
liter significates. no sufficiunt pro statu  
nature destitute ad cōsecutōem sentētiāz  
philosophicaliū si no suissent inuēta no-  
mina ad placitū significatiā vnde Grāma-  
tica Logica Rherorica sumperūt initū  
processit inde distinctio de intentōib; pri-  
mis. et scđis in anima. Dicūtur enī conce-  
ptus esse intentōes. quasi intus tentōes.  
Intentio secūda diciū que rep̄sentat cōce-  
ptus et genus. et species. et noīa cōceptu-  
um. Conceptus mentales ab exordio  
habiti sunt. no per solā obiectorū appre-  
hensionē naturalē sed etiā p supernaturalē  
infusionē ex quib; potuerūt formari varij  
cōceptus cōpleri interiori et hinc exterius  
noīa ad placitū significatiā institui. ppter  
ciuilē inter hoies cōicationē in amore fū-  
datā. Conceptus vero talū noīm sunt  
naturales. nec rep̄sentant ad placitū. nisi  
p discursum. quis imp̄ceptibile quia dū  
pcipitur vōr etra meminit intellect⁹. ad  
quid significandū fuerit imposta de quo  
conceptū nouū formauit. Confirmat hoc  
verbū textus genesis. de adā qui vocauit  
res adductas nominib; suis. Conceptus  
metaphysicās precesserūt via naturalis  
cognitionis vel adquisitionis cōceptus grā-  
maticales vel logicales. licet econuerlo sit  
via discipline seu cōmuniis deductōnis.  
Astaute processus naturalis ad q̄sitōnis  
in pmis inuētorib;. quia p̄io per sensus  
aceperūt accēntia cum subiectis secum in-  
uolutis. secūdo abstracterūt quidditates  
terū. ab hic et nūc et denudauerūt ab acci-  
dētib; substatias. tertio imposuerūt apō  
semelipso verba mentalia. que quiddita-  
tes huiusmīdi rep̄sentarent. Et ita fuit in  
eis logica quēdāmentalīs priusqz vocalē  
aut scripta. immo et grāmatica prius ita cō-  
posita est. que min⁹ asp̄cit res. qz logica.  
quia fundat se et suos modos significādi  
bb

# Centilogium

in cōceptibus qui sunt p̄iē intentōe vel secunde. p̄sequēter ars imitata est naturā in vocib⁹ et scripturis. īmo et in nutib⁹ et signis sensibilib⁹ ad placitū institutis.

**C**ōncipiens aliter rem q̄ sit. nō propter hoc decipit. cum intellect⁹ sit virt⁹ abstrac-  
tua. potēs vñita diuisim cōcipere. et dis-  
uisa coniūctim materialia quoq; īmate-  
rialit et singularia vñiuersalit. **C**ōncipi-  
ens q̄ res sit aliter q̄ sit. decipit dū abstra-  
bit diuidit. aut p̄ponit sua fictōe sine cor-  
respondēta in re. **S**up qua deceptōe re-  
cursus h̄ndus est ad primā phylosophiā  
quem metaphysica noia. **C**ōncipiēs rem  
penitus eandē diversis cōceptib⁹. nō syno-  
nimis fallit. si nō fundet h̄mōi distinctio  
sup distinctōe psonali relatiua. qualis est  
in diuinis. et nō altera in creaturis. q̄ co-  
gnoscit ex hoc velut a posteriori. q̄ deus  
potest h̄mōi res separe. et separas cōserua-  
re. vt duos homies. aut duas q̄litates aut  
generaliter oīne accidēta subiecto. **E**t ita  
nō oportet ponere in relatōib⁹ et respe-  
ctib⁹ distinctōes essentiales a suis fun-  
damētis sicut nec vñiuersalia realia disti-  
cta a singularib⁹. sed sufficit q̄ p̄ negotia-  
tionē intellectus tales relatōes respectus  
vñiuersalitates cōsurgant ex rebus intrin-  
secis. ne ponat pluralitas sine necessitate  
aut pcessus in infinitū. aut diuine poten-  
tie deroget. Deniq; sic dicere nec q̄ pun-  
cta indiuisibilia. nec instātia sunt in cor-  
porel tpe p̄ter oīem opatōem intellect⁹.

**R** **C**ōncipiēs distinctōem in diuinis vel  
in creaturis minorē ex pte rei. q̄ sit distin-  
ctō psonaz diuinaz fallit. siue dicāt disti-  
ctio formalis siue relatiua siue modalis/  
nisi tātūmodo rōis q̄ distinctio qualit̄ fiat  
et significet ex modis supponēdi et cōno-  
tādi in cōceptib⁹ vel termis sciri debet a lo-  
gico. vt grāmatico. qui alī metaphysico tra-  
hūt scientiā qz nomē/bñ et p̄prie neq; im-  
poni reb⁹. ēēntiā eaꝝ incognitis. Qua su-  
p̄ re latior erit sermo in opusculo de mōis  
significādi. **C**ōnceptōes distinctōis se-  
p̄tuplicis. quā aliq; se trahere dicūt ex sco-  
tis referri p̄nt ad tres dūtarat modos iu-  
sta ockamistas. quorū vn⁹ solus repit in  
diuinis que est relatōis realis. Ali⁹ solum  
repit in creaturis q̄ est essentialis diuersi-  
tatis. **T**erti⁹ est mod⁹ distinctōis ratōnis  
quā fabricat intellect⁹ tā circa deū q̄ circa  
creaturas/ modis innūeris. Noianthi se-

p̄tē modi prim⁹ ratōis. scds ex pte rei/ter-  
tiis formalis. quart⁹ realis. quint⁹ ēēntia  
lis. sextus se totis subiectiue. septimus se  
totis obiectiue. **C**ōcept⁹ diuersorū mo-  
doꝝ dicendi p̄ se et p̄ accīs et per se p̄rō et  
p̄ se secūdo. et p̄ se de scdm q̄ ipm. id est cō-  
uertibiliter/fundat sup distinctiōe rerum  
ēēntialiter distinctarū in creaturis. et rela-  
tiue in diuinis vt ista nō est p̄ se p̄rō con-  
uertibiliter. **E**stentia est pater generās. sic  
enī oīne qđ est ēēntia esset pater. **E**t in cō-  
surgit. q̄ hec ēēntia nō potest eē mediū in  
silogismo expositorio in diuinis. q̄ nō re-  
soluitur ad dici de om̄i. i. p̄ se p̄rō con-  
uertibiliter. qđ oportet in medio silogismi ex-  
positorij. et in alijs silr. **C**ognoscit aut̄ di-  
stinctio rōnis. q̄ formalis dici p̄t et consur-  
git ex pte rei. quādōt vbi rō diffinitiavl  
descriptiua vnl⁹ termini. nō estratio alte-  
rius. vel ecōtraxū. surgit p̄ pdicata p̄tra-  
dictoria. verificāt de termis vel cōcepti-  
bus illis. īmo et cōgruitas tollit et variat.  
**D**icim⁹ enī q̄ materia appetit formā et cū  
materie appetitus nō sit nisi materia nī  
bilomin⁹ incōgrue dicere. q̄ materia mas-  
teriat formā. Hec dicim⁹ q̄ intellect⁹ vult  
et volūtas intelligit et ita de esse et ēēntia/  
de albedine et similitudine. ppter modos  
significādi alios et alios. **C**ōncipiens  
res naturales modo doctrinali p̄t dūab⁹  
vñs q̄li cōtrarijs incedere et ordinēsci-  
tiū dare. **V**ñayia est. ex pte cognosci  
biliū a priori. Alteravia est ex pte cognos-  
centiū a posteriori. q̄lis tradita est p̄ phi-  
losophos in om̄ib⁹ scientijs. a grāmatica  
vñq; metaphysicā p̄ sciās int̄medias. sicut  
docet ordo pulcerum⁹ scientiāz. Nō autē  
solayolūtate vel a casu. p̄grediēs. sed in re-  
rū natura fundatus vt in de modis signi-  
ficādi habet tradi. **C**ōceptus intellectua-  
les rōnabilitet sufficiēter a phō numera-  
ti sunt. dū diuisit eos in sapientiā et intel-  
lectū et in sciā et prudentiā et in artem.  
**N**uo:ū conceptū ratio et distinctio alibi  
satis apte tradita est. Similr de subiectis  
et obiectis oīm scientiāz. sigillatim et quē  
admodū imp̄ssum gerūt vestigium bīssime  
trinitatis q̄ cūctis eit causa eēndi. rō intel-  
ligēdi. et ordo viuēdi. **C**ōcept⁹ habici  
de scientijs vel artib⁹ subalternis facilr iue-  
niunt erronei. si p̄tenti nō fuerint termis  
sue inq̄sitōnis. aut nīsi trāseāt aut seresol-  
uāt/ ad p̄ceptus sciēs subalternāt. p̄cipue

ad metaphysicā spectat scire. an abstractōnes q̄s facit a materia. sint ita in re ad ex travel in solo cōceptu. Nec ad medicū spe crat si anima sensitua distinguit ab intellectu. Nec ad astrologū vt talis ē. si motus est res/ distincta a mobili. Etsi sint veraciter epicycli vel intelligētie a celo distinete. et ita de similibus sciētis suo mō. Ut rū vero metaphysica contentet in suis explicatōnibz grāmatica et logica. vel si latī ac cipit ens sub diuersis analogijs nō est nostrū inter formalistas et terministas tantā cōponere litem/ que pfecto sepe pcedit et equocatōne quid nois. que nō patit in q̄ uis disputatōe fieri posse cōcordiam. Et s̄ igit̄ etrāq̄ via a scholasticis cognoscenda Conceptus speculatoriū faciliter transeat in affinitatē practicorū et ecōtra/sicut vrum et bonū in ente cōnectūtur. Imo nulla est sciētia vel sapiētia quin ad dilectōz dei debeat ordinari. ybi sua stat pfectio libertas et nobilitas. Secus in amore sensibz liū vel ipso factōne. Conciplēs quis quid est scibile naturaliter p intellectū vel adeptū vel assilatū seu diuinū iuxta modū traditōis platonicoz peripateticorū nō ob hoc dicēdus esset vere felix. Imo se fundat in p̄cipijs erroreis. de intellectu humano et intelligētis/vñ confinxerūt ydo latre. et demonicole/theletas et theoriā p purificatiōibz animaz ad formitatem intelligentiaz et tande dei. Sed defecerunt scrutatēs scrutinio et mērita est iniqtas sibi. Conciplēs anima diuinū verbū hic per fidē spem et charitatē. dicenda est felix iniciatiue et virtualē. Ad ipsiſcī beatitudinē consummatā p partū verbī in gloria si pseuerauerit vsq̄ in fine. De q̄ partu theologisantes magna dicūt q̄ nec ocul⁹ vidit. nec auris audiuic. nec in cor̄ hois a scēdit que p̄gauit de diligētibz se. Ipi soli gloria in eternū étraltra. Amen.

Finic  
**S** Prefatio magistri  
 Johannis Bersonis in librū de vita sp̄i rituali anime.  
**R**uerēdo in christo patri et sacre theologie professori eximio dño petro Cameracēsi episcopo ei⁹ discipul⁹ Johānes Lancellari⁹ indign⁹ ecclie parisiē. p se humiliam obedientia et p cōi salute sape ea q̄ recta sunt. Postulare dignata est beniō lentia tua p̄ceptor inclite quaten⁹ scripto tibi traderē vna ex lectōnibz meis. cui p̄niam tuā prestare nō erubuiſti. nec insolita hanc reū effugisti/ tu schole theologie iubar radiosissimū. tu iam doctor ethiētus. Erubui fateor/ imo tota schola obſtupuit ad hāc humiliatiōē dignitatis et sapiētiae/ quasi lumen sola stella. mare aquā a flumio Alanam ouis a capra mendi carevidere. Sed itaverū est ybi sapiētia ibi hūilitas. sicut eōuerso test⁹ est sapiēs ibi sapientia esse ybi repitur hūilitas. Tu deniq̄ quāto maior es/ iuxta eiusdē cōſūliū/hūilitas te in oibz. H̄in quoq̄ nūc mirandū est si illā quātulacūq̄ est meam eruditōem diligis et amplectenſis/cuius tu nutritor fotor et auctor hacēt⁹ extitisti. Quod fecit q̄s tuetur opus ut ait. H̄alo Ita hoc in loco xp̄i verbū nō inepte iūgitur. Doctrina mea nō est mēa. sed ei⁹ qui misit me patris. Et certe tu pater me misisti. quia me p te licenciatū in sacre theologie facultate fecisti. Tu p te et sub te magistralibz me insignis decorasti. Et insuper motore in cācellariatus officiū tibi successi/q̄s nō meritis equis. Feci autē cū mulati⁹ q̄s quesisti. Seq̄ntes itaq̄ lectioz eis ciudē materie mittēdas decreui. non qđē ad te docendū/ scorsum hec p̄sumptō. Sed vel ad obediēter cōplacēdū vel ad p standū gustuz aliquē veteris ocij oneroscuris tuis/ vel qđ modestij est. ad corrigēdū p̄ficiendūq̄ imperfectū meū qđ vide rūt oculi tui. Attamē q̄ facili⁹ ignoscat nostro huic opusculo si q̄s forte lector ali⁹ in ipm cōiecerit oculos. Et si offendes rit eum sermo in cultus/nec satis pfecto et pulcro vt tractatū decuerat ordine contenus/recogitetur pius interpres ali⁹ pro lectionibz/ali⁹ pro tractatibz stilū esse. Sci at nō ita coherere q̄ varijs sp̄ibz prolatā sunt/ quēadmodū illa que elaborata sub uno tenore dictauit oratio. Nihilomin⁹ his lectōnibz morē tractatus nūc imposui quod q̄stum fas exitit/ diuidēs eas i tres p̄tes fīm materiā p̄ncipalē triplicem. Et cōformiter ad hec tria apli verba infra cō memorata/ et quasi ad quoddā thema. In ipso viuim⁹ mouemur et sum⁹. viuim⁹ enī in deo viuificatōe gratie. Mouemur in eo et ad eum/ pondere opatiōis meritorie et tandem circulo quodā intelligibili sum⁹ in eo velut in centro nostro per quietem